



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

30 Episcopi, quales esse debeant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

**omnia, 40. dist.** & scire debent Episcopi, aliique Prælati, quod si perverfa unquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exēpla transmittunt; unde necesse est, ut tantò se cautiùs à culpa custodian, quantò per prava, quæ faciunt, non soli moriuntur, B. Gregor. *relatus in cap. præcipue, §. scire Prælati, 11, q. 3.* & *cap. nulli fas, 25, q. 1.*

**28.** Episcopum † oportet irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suæ domui bene præpositum, non neophytum, ne in superbiam elatus in judicium incident diaboli, oportet autem illum testimonium habere bonum, etiam ab his, qui foris sunt. Paul. ad Timoth. epist. 1, c. 1, c. qui *Episcopus, 23, distinet cap. unum orarium, 25, distinet cap. Episcopum 61, distin. & Conc. Trid. cap. 1, vers. 6 quoniam oportet, sess. 2.* ejus

**29.** autem munus est, † oves suas agnoscere, pro illis sacrificiū offerre, verbiq; divini prædicatione, sacramentorum administratione, ac honorū omnium operū exemplo patcerre, pauperū, aliarumq; miserabilium personarum curam paternam gerere, ad omnia munia pastoralia incumbere, & subditorū omnī vitia, ne criminosa, nevè inhonestā vitam, ipso connivente, ducant, redarguere, *cap. qualiter, & quando, il. 2, de accus.* Conc. Trid. *cap. 1, sess. 6, & cap. 1, in princ. sess. 23.* ubique de reformatioine. Irreprehensibilem esse oportet, *cap. ult. 25, dist. c. ult. 2, quest. 7, cap. si quis, §. item Episcopum, 1, quest. 7, & cap. quidem, 11, quest. 1.* sobrium, non vinolentum, *cap. Episcopu, 35, dist.* prudentem, ornatum, & pudi-

cum, *dicto cap. qui Episcopus, 23. dist. hospitalem, ne sit de numero eorum, quibus in judicio dicetur, hospes fui, & non suscepisti, Matth. cap. 25, in fine, & distin. 42, in princ.* cum sine liberalitate necessitatē patientibus succurrendo nomen Episcopi non mereatur, *cap. fratrem nostrum, 86, dist. Doctorem,* quia alios docere tenetur, *cap. qui ecclastificis, cum seq: 36, dist. & dist. 86. in princ.* & non sufficit innocens vita, nisi adsit etiam doctrina, *43, dist. in princ. & cap. seq.* sine criminē esse debet, ut alios liberiū arguere possit, *cap. ult. 25, dist. cum criminofus magis dicendus sit canis impudicus, quam Episcopus, Cap. qui nec, 2, q. 7.* & propriis manibus neminem lēdere, vel flagellare licet, *cap. non liceat, 86, dist.* non litigiosum, cum debeat occupationes sacerdcales abjicere, ne præfocatus curis negotiorum Dei verbo vacare non possit, *cap. te quidem, 11, quest. 1.* non cupidum turpis lucri gratia, nec aliquo in honesto negotio viētum sibi necessarium querere debet, *dicto cap. non liceat, §. prohibetur, 86, dist.* non venatorem, *cap. Episcopum, 34, dist.* non neophyti, quia neophiti prohibentur in Episcopos ordinari, ne elati in superbiam, tanquam Religio Christiana plurimum eis egat, in judicium incident, & in laqueum diaboli, Paul. ad Timoth. *dist. epist. 1, cap. 3, & cap. 1, & 2, 48, d.* & qualitates requisitæ in Episcopo, sequentibus versibus comprehenduntur. Primum præcipitur, quod sit sine crimine Præfus, monogamus, sobrius, prudens, ornatus, & hospes, casta docens, non percusstor, non litigiosus, non cupidus, bene dispositus, non neophitus, ut aliis, Apostolica, quod præfuit regula jussit, ut per Hostię. *in sum. de temp. ord.*

ord. 5. & à quo, nu. 7. in fin. Pluresque alias qualitates, & virtutes in Episcopo requifitas ad bene munus suum explendum copiose, & optimè scriptis Card. Paleot. in 3, Archiepiscopali Bono, cap. 6, cum pluribus seqq. part. 1. Pastores quidem, non 31 † autem percussores Episcopi esse debent, & ita subditis praefesse eos oportet, ut non in eis dominantur, sed illos tamquam filios, & fratres diligent, monendo, rogando, arguendo, obsecrando, & increpando, Pet. 1. Epift. in cap. 5, circa princ. cap. ult. distin. 94, cap. esto subiectus, 95, distin. & Concil. Trident. cap. 1. de reform. sess. 13. Post correctionem verbalem contra incorrigibiles ad actioria, & graviora remedia descendere, & procedere debent, cap. corripiantur, cum seq. 24. quaf. 3: & ubi ob delicti gravitatem virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia judicium, & cum lenitate severitas est, adhibenda Concil. Trid. dicto cap. 1, de refor. sess. 13: omnesque subditorum suorum excessus corriger, & ipsos visitare, ac de eorum excessibus, criminibus, & delictis etiam extra visitationem, tamquam Sedis Apostolicae delegati cognoscere, & castigare possunt, quibuscunque exemptionibus, consuetudinibus, concordiis, consanguinitate, familiaritate, & aliis non obstantibus, cap. irrefragabili, de off. ord. & Concil. Trident. cap. 3, & 4, de reform. 32 sess. 14. † exceptis Canonis cathedralium ecclesiarum, qui per Capitula corrigi consueverunt, in ecclesiis, que tales 35 hactenus consuetudinem habuerunt, & tunc à capitulo ad iussionem Episcopi, infra terminum competentem, ab eo praefigendum sunt corrigendi, alioquin Episcopus corriger potest, dict. cap. irrefragabili,

§. excessus tamen, de off ordin. & ibi Innocent. in princip. & Concil. Trident. cap. 6. de ref. sess. 25.

Corrigi etiam, † cognosci, & puniri ab Episcopis possunt exempti ratione delicti, contractus; & rei, si delictum fuerit commissum, & contraetus celebratus in loco non exempto, & res de qua agitur, in loco etiam non exempto situata existat, de crimine haeresis etiam in loco exempto commissi, superfluarum cœmulationum, illicitarum fabulationum, & divinorum officiorum celebratione, & in civilibus causis mercedum, & miserabilium perfonarum, cap. dolentes, de celebr. Miss. cap. ad abolendam, ext. de haret. cap. 1, de probat. in 6, cap. unico, §. fin. & cap. 1. de privil. eod. lib. 6. & Concil. Trid. cap. 14, de ref. quoq. etiam dictum, c. 1. innovat. sess. 7. ratione personæ, si exempti etiam regulares claustrales, † extra claustra degentes delicta committunt, ab Ordinariis locorum, in quorum jurisdictione sunt commissa delicta, tamquam super hoc à Sede Apostolica delegatis, visitari, puniri, & corrigi possunt, Concil. Trid. cap. 3, sess. 6, & cap. 4, de reform. sess. 14.

Tenentur Episcopi † diebus Dominicis, & festis solemnibus, legitimo cessante impedimento, Missam celebrare, pro quo facit Concil. Trid. cap. 2, sess. 2. quia habent curam animarum totius diœcesis, argum. tex. in cap. 14. de reform. sess. 23. debentque non modo pauperum suarum diœcsum, 36 † sed externorum etiam curam habere; Nam beatus Petrus prefecturus ad prædicandum Iudeis dispersis per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, Bithyniam, & Paulus prefecturus ad gentes ab Hierosolymis per circuitum usque ad Illyri-

D 2 cum,

